



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum SS. Innocent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

Joan. 21. v. 21. Rectè respondit Christus : Quid ad te, tu me sequere. Nam Curiosus I. Interna despicit. II. Præterita non respicit. III. Præsentia non inspicit. IV. Futura non respicit. S. Bern. in serm.

## FESTUM SS INNOCENTI

*Martyr.*

THESIS I. Vox in Rama audita est ploratus & ululatus multus. March. 2. v. 18. In Tragœdia Berhleemica apparent I. Injustitia Herodis. II. Crudelitas Sarellitum. III. Felicitas Puerorum. La Selve.

*Laus.*

THESIS II. Primitiæ Deo offeruntur. Agno. Apoc. 14. v. 4. Innocentes considerantur in Judæa, in Limbo, & in Paradiso. I. In Judæa sunt Martyres admirabiles. II. In Limbo sunt Præcursores gratissimi. III. In Paradiso sunt Sancti privilegiati, quia ibi agnoscuntur, & honorantur ut Martyrum

rum Primitiæ, ut Martyrum flores, ut Martyrum gloria. *La Selve.*

THESIS III. *Innocentes & Recti* <sup>*Varia genera Inno-*</sup>  
*adhaerunt mihi.* Ps. 24. v. 21. *Ecce*  
*Sancti Innocentes.* I. Aliqui sunt  
*Innocentes ex Natura,* ut *Infantes.* II.  
*Aliqui ex Ingenij defectu,* ut *simplicis.*  
III. Aliqui ex defectu Virium malè a-  
gendi, ut *Captivi.* IV. Aliqui ex Vir-  
tute, qui quidem malè agere possent,  
sed nolunt nisi bene agere. Ita nimi-  
rum debet esse constituta nostra inno-  
centia.

THESIS IV. *Sinite parvulos ve-* <sup>*Infans.*</sup>  
*nire ad me.* Marci 10. v. 4. *Infantes*  
*singulari cultu & amore observandi*  
*sunt;* I. Quia *Gratia Baptismalis* ipsos  
*reddit venerabiles.* II. Quia *Christus*  
*eos singulari amore persecutus fuit.*  
III. Oportet illos *singulari studio ex-*  
*colere,* quia in hac ætate bonæ discipli-  
*næ vel maximè capaces sunt.* *Diction-*  
*apost.*

THESIS V. *Innocentes . . . adhaere-* <sup>*Laus.*</sup>  
*runt mihi.* Ps. 24. v. 21. I. *Sancti*  
*Innocentes fuerunt Primi Angeli Incar-*  
*nationis Divinæ.* II. *Sancti Inno-*  
*centes*

res fuerunt *Primi Milites Dei* - *Homini-  
nis*, *III. Sancti Innocentes* fuerunt  
*Primi Amici Crucis*. *id.*

THESIS VI. *Oblati sunt ei pa-  
vuli*. *Matth. 19. v. 13.* *I.* *Cum Sancti Innocentes nati sint, ut confunde-  
re. cur cum Infante Divino, eorum Na-  
tivitas felicissima præ alijs fuit.* *II.*  
*Cum in tam tenera ætate ac infirmitate Tyrannum vicerint, eorum Trium-  
phus longè gloriosior extitit.* *III.* *Cum ad salvandum Salvatorem occisi sint, eorum Sacrificium omnium utilissimum apparuit.* *id.*

THESIS VII. *EX ore infantium, & lactentium per fecisti laudem.* *Matth. 21. v. 16.* *I.* *Sancti Innocentes fuerunt quasi primi Progenitores, seu Patres Ecclesiæ, cum ei filios tot, quot securorum Martyres pepererint.* *II.* *Sunt primi Salvatores Messiaë, quem Herodi subtraxerunt.* *III.* *Sunt primi Martyres Christi, qui pro securitate, & gloria ipsius occubuerunt.* *Durand. in Characteribus Sanctorum hic.*

F I N I S.

SYL.